ver. l.iiiij. obtinuit ut p̄fata p̄mutatio que erat olim ante monetā p̄cessam .de q̄ supra de contra. emp. i. speciebus tantū contrahabatur. Sicut et olim contrahebat ante q̄ esset pecunia percussa: vel venditio inuenta: Sicq̄ licet hoc nomen p̄mutatōes ita competenter declinet. Sicut et venditio et locatio: tamen q̄ late patet et nimis est incertus fin significatōem verbor̄ contractus iste. qui dicit p̄mutatio censet innomiatū: q̄ caret nomine certo id est sc̄ēali. Nam ut dixi omnē significat stratum ex quo quid datur vel accipitur: sicut et dicimus in do. vt des. infra de p̄script. ver. l. naturalis meus. in si. h. et ista p̄d esse ratio quare. l. i. infra. e. Contract⁹ no  
appellat p̄mutatōem contractū innomiatū. Potest enim assignari alia actio: nam  
contractus illi dumtaxat nomīnati sunt ex q̄bus statim nascit, obligatio. vt vides  
in deposito. cōmodato. venditione. locatione: in his enim statim interuentu rei na-  
scitur obligatio vt parat actōem in re deposito: cōmodata rē. insti. q̄. mo. re. cō  
tra. ob. h. Itē. is cui et. h. pe. et supra de pac. urigentium. j. r̄f. p̄ermutatiōis  
autem contractus licet factus sic voluntate partium. et ideo naturalem bincinde in  
duxerit obligatōem: non tamē dat actōem. Immo exigit rei influentus. et tunc non  
ex rei interuentu: sed ex p̄cedentis pacto agitur. L. e. l. ex placito. Sed in depo-  
sito cōmodato rē. ex rem tradita initium paratur obligationi ut dictum est. Erz-  
go fin ista donatio hodie dices. cōtractus innomiatū: q̄ ex solo pacto dat actōem.  
Sed olim erat p̄trarium. L. de dona. l. si quis argenti. h. uvl f. Contrahit p̄mu-  
tatio tunc demū. q̄n conuenit ut certa species detur p̄ certa. putatōbus p̄ p̄-  
philo. hic codex p̄ isto bartolo. Ex p̄mutatione nācūnq̄ due actōes sc̄ p̄ceptis  
verbis. et p̄ditio ob causam. q̄ p̄sequere vt insti. de ac. h. actionum.

## De p̄scriptis verbis: et in factū actic. n̄ibus

**C**actio p̄ceptis v̄bis ibo d̄r certa et p̄scripta v̄ba erāt huic actioni. Et habet locū p̄scriptis ver-  
in tribus generibus negotior̄. Primo in pactis in cōtinēti appositis. L. d. pac.  
inter emp. et ven. l. iij. Secundo vbi cung⁹ dubitak de actione circa contractū: inā  
cum deficiunt vulgaria atq̄ v̄stata actionum; nomīna. p̄scriptis verbis agendum  
est. Ad quam actionem necesse est configere quotiens contractus existant; quoq̄.  
appellationes neq̄ iure ciuiili. pdice sunt. Natura enim inductum est ut plura et  
Tertio datur in tribus contractibus innomiatūs sc̄ do ut des. Do ut facias. facio  
vt facias: In quarto aut̄ sc̄ facio ut des datur de dole. l. naturalis. infra. e. f. q̄  
si facio. Et venit in actione p̄scriptis. v̄bis. omne q̄b̄ veniret in actione q̄ daret  
ex sc̄i contractu puta do rem ut rem accipiam. id venit hic q̄b̄ veniret in vendi-  
cione. Do ut facias id veniet q̄b̄ venit in locatione supra de po. l. h. f. in cōducto  
et infra. l. h. sed si facio. veniet ergo interesse in actionem istam. et dolus: et cul-  
pa lata et leuis. vt veniret in simili contractu. Civilis est hec actio p̄scrip. ver. et  
eadem ipsa d̄r in factū. infra. e. si tibi pollienda. Non tamē omnis in factū  
p̄scrip. ver. sicut ea que de damno dato p̄ponitur. et ex qualibet edicto vel in-  
terdicto. Et locum habet nedum in contractibus et quasi sed et in maleficiis et q̄  
si vbi cung⁹ equitas suaderet dari actōem. infra. e. l. quotiens. et ideo d̄r eius tenor  
in multis et varijs articulis admissus. L. de sacro. ccc. l. sanctissimus. Stricti iuris  
est hec actio. perpetua est: personalis est. hereditibus competit et in heredes. de  
bac insti. de ac. f. actionum.

## Liber Vicesimus



# Liber Unicesimus

De pignoribus et hypothecis: et qualiter ea contrahantur et de pactis eorum:

**H**ter pignus et hypotheca dictum ad

actorem hypothecariam nibi interest. Namque quocumque inter creditorem et debitorem conuererit ut sit per debito obligata. hac appellatio virorum cotinetur. Sed in aliis est differentia. Nam pignoris appellatione duo oportet interuenire. unum et res suum mobilis deinde

pignus  
hypotheca

hypotecaria  
qui nascit et cui

tacita hypotheca quod dat

Que res pig-  
noare non pos-  
sunt.

pugno. quod pugno vel manu tradit. vel tradi potest. infra. de v. sig. l. plures. s. pignus. Secundum et tradat creditor. Sed ea que sine traditio nuda conventione tenentur. propter hypothecae appellatione contuleri dicimus. Prater igitur et si res est mobilis et non tradatur. sive est immobilis et tradatur vel non. hoc sit hypotheca. Contrahitur obligatio pignoris conventionalis. Iola conventione. unde sibi tale nomine imponit. supra d. pig. acc. l.). in p. nec in ea conventione est necessaria scriptura. vel presentia personarum. quia et inter presentes et inter absentes per nunciū vel epistolam contrahitur obligatio pignoris. Et sunt scripture de his ut quod actum est. per eas possit faciliter probari. Pignus autem precorum et iudiciale non contrahuntur sola conventione. sed necessarium est ut quis veniat in possessionem. et supra de pig. acc. l. non est mirum. Hoc sit hypotheca actio ex obligatione pignoris. que est in rem et eadem dicit que serviana. supra de pac. si tibi s. de pignore. et in isti. de acc. s. Item serviana. Item datum creditori et eius hereditati. et propter quemlibet possessorem pignoris. Item est arbitriaria isti. de acc. s. pignoris. Item quandoque tollitur decennio. quandoque vicennio. quandoque xi. ann. sed non tollitur triennio. ut no. C. si aduer. credi. et de prescrip. xxx. vel. xl. an.

**C**on quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahit?

Qualiter per conventionem expressam contrahatur obligatio pignoris dictum est sequitur qualiter contrahatur tacite ex vi et potestate legis. et hoc quodem in multis et variis casibus contingit. Nec est opus omnes singulariter enumerare. Sed digniora exempla preferamus in mediis. Ecce enim maritus obligata sunt omnia bona eius qui primiti sibi docebat per multiere. Sic et in ulti orum omnia bona obligata sunt mariti per restituenda dote. C. de rei. vx. acc. l.). s. et per plenam. Item locatori fundisfructus ex eocepto obligata sunt tacite. Item omnia infecta et illata domino sciente ut ibi sint perpetuo domino obligata sunt fucus in his que inferunt ad tempus. Item miris que conuolat ad secundas nuptias bona. tacite obligata sunt filii post matrimonium. ut restituat mater que lucrata est a patre marito. C. de se. nu. s. p. hac edicitali p. Item bona defuncti mariti tacite obligata sunt per paraphernalibus rebus restituendis. C. de pac. puer. tam fuga. do. l. vi. Item bona defuncti per legatis et de eius. C. coia dele. l. i. Item per tributis. vniuersa bona eorum quod censem. C. e. l. i.

Item contrahentis cum filio. C. e. l. i. et sic de si.

Que res pignori vel hypothecae obligari non possunt

Clicet dixerimus supra corporalia posse obligari. tamē secus est in quibusdam fandis religionis. ecce enim monumenta non potest pignori obligari. C. e. l. i. i. Sic et ecclesie. in aut. de alie. emph. s. et qm. Idemque in sacris vestis vel ornamenti ecclesie. C. de sacrofane. ecc. l. sanctum nemini. Huius illa sufficiunt in ecclesia. et ve-

bicū imineat ecclie vt in aut. sup eandē legē signata. ⁊ in c. lator. extra de pig.  
Itē liberi homis nulla est obligatio. qz piraria est libertati ⁊ nature: adeo vt si  
filiū tuū obliges. nulla obligatio sit. Immo a debito creditor cadit tē. in aut. vt  
nulli. iudi. qz aut ⁊ hmoi. ⁊ L. e. qui filios. In casibus tamen tenet obligatio:  
vt in redempto ab hostibus. ⁊ cum p̄ ob necessitatē famis filiū obligat. Hā cum  
ei liceat vendere: multofo. nō poterit obligare. infra. de le. j. l. senat⁹. h. vi. ⁊ L.  
de pa. qui si. dis. l. j. ⁊ L. de cap. l. vi. Item impeditur obligatio: ppter publicā  
virilitatē. vt in servis aratoris: et bob⁹ aratoris ⁊ instrumētis aratoris. ex hac  
est causa turbatorum illatio retardaret. L. e. l. vi. ⁊ antepe. ⁊ si.

**C**ui potiores in pignore vel hypotheca habeant  
et de his qui in priorū creditorum loco succedunt

¶ Plurib⁹ modis alio in pignore pōt esse potior: puta ratōe causa. si esti sebs  
creditor credit pecunia ad coferuādēm pignoris: ⁊ in ea causa pecunia est plur  
p̄ta: h̄ seretur sebs; p̄mo: veluti. si nauis fuerit obligata: ⁊ ad armādā cam: vel re  
ficiendā credit: mea esti pecunia saluā facit ton⁹ pignoris causam: Idē ⁊ si cre  
didi in cibaria nautay sine q̄bus natus non potuit salua puenire. Item ⁊ ratione  
cause p̄serit sebs; p̄mo: vt si expedit in funerādo testatore: funeraria em̄ supat om  
ne es aliena. supra de reli. l. pe. ⁊ l. at si q̄s. h. j. Item ratōe epis p̄serit credi  
tor primus: secundo vbi secund⁹ nō pōt p̄tendere aliquā p̄dictarū causaz: vel p  
uilegiū: vel quid simile. Est esti hec regula in pignorib⁹. Qui prior est tpe poti  
or est ure. L. e. l. si fundū: hoc tamē est intelligendū de primo creditore cui erat  
pignus obligatum: ita qz debitor obligatōem nō poterat resoluere inuito credi  
tore vel si poterat: nō tñ cō node. infra. e. l. j. ⁊ l. potior. j. r̄n. ⁊ supra. t. p. xii. l.  
penul. Item sufficiario vel empib̄teota pignorarē: potioz est causa dñi. p. pen  
sione eius: qz cui obligauit empib̄teota vel sufficiarius. infra. e. l. etiam: Fallit  
autem dicta regula nedum rōne cause: vt dixi: Sed etiā ratōe paci: vt ecce pig  
norū obligati omnia bona tuae deinde tibi mutuo vt ex ea pecunia aliquam rem  
emas: et vt ea r̄s mibi sit obligata: preferar enim primo. L. e. l. licet. Item fal  
lit ratione mendacij: vt si prior et possessor eras in pignore: ⁊ ego secundus. pre  
tendo contra te hypothecariam: sed tu negas rem esse eius qui mibi et tibi eam  
obligauit. Nam si te de mendacio arguero: possessionē transferes: licet prius ti  
bi fuisse obligata velis. phare. L. c. aut. Item possessor: sed restitura possessione  
audieris in ure tuo: Item fallit ratione semi plene probations: quid esti si cons  
titaris te mibi debere ex tali causa. ⁊ vel in privata: scriptura: vel coram testib⁹  
et pignus mibi obligas: si quidem personalis actio mouetur contra debitorem  
ea robur suum habet: Idemqz ⁊ si contra eundem agatur hypotheca: quia con  
fessio vel scripture constiuenti vel scribentī debet preiudicare tē. Item fallit regu  
la rōne privilegiis dotis: Mulier esti ⁊ eius filii vel descendentes ex ea habent  
hypothecariam p̄ dote matris sue contra omnes mariti, creditores licet anteri  
oris temporis: privilegio sunt vallati. L. e. l. vlt. Item fallit ppter privilegium  
missice: quod potentius est privilegio dotis quando pecunia est credita vt inde  
ematur missice: talis esti creditor p̄serit omnib⁹ anteriorib⁹ creditorib⁹: immo  
etiam p̄serit mulieri. L. de pig. l. vlt. ⁊ in aut. de exhib. re. h. optimū: ⁊ d. eq.  
do. h. quia vero: Et est magna potestas ei⁹ creditoris: qui alio in pignore p̄serit:  
habet esti exceptōne si cōveniat ab aliis: ⁊ si alii possiderint: potest ab eis adue  
ferit p̄ pigre creditor q̄ pre

## Liber **Xicesimus**

care rem. Creditor autem scds potest ab omni possessore aduocare re p̄fēt & p̄fēt  
vñ qui ab eo habet cām. iſra. e. l. credito. j. r̄n. z. l. si prior. h. si simpliciter

### De distractione pignorū vel hypothecarum

distrabi pig. Distrabi pignus dicis cum a creditore vendit. potest enim creditor pignus expo-  
ctione. Quis eius carēs non sit. alienare. Siquidem enim q̄ debitor non reluit. id est.  
liberat pignus suum. videatur dare licentia creditori de vendendo. Et tunc res  
linquitur arbitrio creditoris ex pignorib⁹ sibi obligatis. quibus velit distractis  
ad suum cōmodum quenire. Sed hoc distinctionē recipit. quia aut acū est iter-  
p̄tes de vendēdo et nūciasbit creditor semel devenit de luendo pignore. et sic vē-  
dat ista tamē cōditione. Si autē conuentum fuit ut non vendat mībilomin⁹ cre-  
ditor vendere potest. sūbamē ter denūciatur debitori ut soluat. et cessauit Alio  
quin furti tenetur. supra de pigno. acc. l. si cōuenit. Est autem illa terria denun-  
ciatio facienda et postea est necessarium labi biennum. Sicut et multomagis vbi  
creditor nō cōuenit de cōrabendo vel non distractēdo. Sed vbi nihil cōuenit  
sufficit una denūciatio: et postea claps biennio poterit fieri venditio. Et d' iur.  
do. nūpe. l. vi. et est speciale q̄ istud pactum de non vendendo nō preuidet cre-  
ditori qui possit alienare pignus. et hoc ppter publicam utilitatem; ne credito-  
res retrahantur a mutuando. sed potius inuitentur.

### Quibus modis pignus vel hip- potheca soluitur

Hippotheca  
soluitur

Satisfit credi-  
tori

Satisfacere

Soluitur hippotheca si ab ea discedat volūtate creditoris. aut creditor paci-  
scat. id est pacū faciat de remittendo debitis. vel si puerit ut p̄ hippotheca si  
deiuissor dare. et ille datus situtus em̄ satisfactū videlicet ut hippotheca libera-  
tur. Intelligit etiam satisfactū creditori si iustiā delatū debitor vatum est. id ē  
si deferente creditori iurauit debitor rem non esse hippotheca obligatā. Itē libe-  
rabit pignus siue soluitur est debitus. siue eo nomine satisfactū ē. Sed et si tpe finitū est  
pignus idem dicere debemus. vel si qua alia ratione obligatio eius finita est: q̄  
forte ad conditōem fuit obligatum quoq̄ impator veneri romā r̄c. Qui ergo  
paratus est soluere. merito pignus videt liberari: et vero non soluere. sed satifa-  
cere paratus est. in diuersa causa ē: nisi creditori placuerit satisfactio. Dicit autē  
satisfacere. q̄ nō debitus ipm soluit: sed pignus vel fideiuissor ē dat. quā satisfactio  
nē creditor inuitus admittere non tenet. Si autē eam admiserit: vite solutiōis sibi  
imputare deberet. Item si creditor p̄senserit venditioni pignoris liberat hippo-  
theca. Idē si quoque mō tollat p̄sonalis et p̄ncipialis obligatio. Si tū tollat ipso  
ture et cum effectu ut p̄ p̄fūstōne vel successione. Nam vbi tollit ipso iure. fed nō  
cum effectu: non p̄judicat: i hippotheca. ut iſra ad trebel. l. debitor. et de ex. rei  
iudi. l. pe. h. latinus. vbi vō actio p̄ncipialis tollit p̄ exceptōem. xxx. annos. nibilis  
min⁹ durat hippothecaria usq; in. xl. annos. vt. L. e. l. ii. De solutōe autē ob-  
ligatiōis pignoris s̄r. L. de remis. pig. et de iunctōe pig. per to.

## Liber **Xicesimus primus**

### De edilitio edicto: et redibitoria et quanto inioris actione

**H**oc edicto dant tres acriones. Redibitoria. Redibitere.

**E**duaria q̄ vēditors rem venditā recipere tenetur. Est enim redhibere. facere ut rursus habeat venditor q̄s habuerat. & q̄ reddēdo id siebat idcirco redibitoria est appellata. quasi redditio. Et est ipsa redhibitoria omnis sex menses utiles ex die venditionis. q̄n̄ empori viciū rei. supine ignorauit. Alias si sciuit non agit. Si autem ignorauit. non supine. sed absoluto tunc ex die quo sciuit. Secunda actio est quāti minoris. q̄ dat cōtra vendentē rem viciōsam. vīl morbos. in tantā estimatiōne quāti minoris. ex vicio vel morbo latenterō ista est. q̄ fuerit estimata tpe venditionis. Et datur ista actio ad annūz utilem. Tertia actio est in factū: q̄ dat cōtra vendito: ē quāti interēt empori etaz rem emp̄ta non fuisse et durat. h̄. dies. Et apponit hoc edictū edilicium. q̄a ediles curriles has actiones p̄posuerunt. Et dicti erant ediles. q̄ edendox. & editum curā habebat. Edendox. in hoc ut morbos cazo nō vendere: vel nimis grādi precio. vel viciōsum aīal. Editū autem curā in hoc. ne quid in via positiū esset. Item ne incendere edes ut diximus. supra de off. p̄f. vig. l. i. Curriles autem ideo. q̄ ppter eoz dignitatē in curribus deferantur. Et dat redhibitoria ex q̄n̄ q̄ causis. Primo ppter morbi sc̄z corporis. quādo ex tali morbo vius rei multum impedit. alias enim non agitur. Secundo ppter vicium q̄d dictum est abesse cū assit. Et dicitur vicium animi corruptio etiā iumentis. In seruo autem nō dicitur vicium. nisi sit fur. & erro. vel qui comisit crīmē capitale. vel morte sibi consciuit. Item si dictum sit adesse. cum al. sit. ut simulatum est comēdarus seruus. venditus de industria et ingenio suo. cum tñ sit iners sclavus. Et est causa huius edicti: ut occurra falla: ijs vēdētiū: et emporiibus succurrat. q̄cunq; a venditorib; decepti fuerint etaz si venditor ignorauit. q̄ non curamus hoc casu. neḡ int̄est emporis. an ignoratiām vēditoris fallat. an calliditate. Est & aliud edictū editiū cū ne q̄cane verrē. ap̄rum. v̄rs̄. pantherē. leonē. aliud ve aīal q̄b nocet quo vulgo iter fit tenet. q̄ si p̄trafactum fuerit & homo liber ex ea re pierit. cc. solidi prestabunt. Si nocuti homini lib. ro dicetur: quāti iudici videbitur cōdemant ceteraq; rerū quantū damnum factū sit in duplū. infra. e.l. bi enim. h̄. i. & l. generāliter. et. l. qua vulgo. Item pro damno potest agi utiſi actione de pauperie. inst. si qua pau. se vīi. & ultimō.

### De euictionibus et stipulationibus dupli.

**V**enditor cū rem vēdiderit tenetur. p̄mittere empori. & si quis eam rem cui- cerit. id est p̄bauerit esse suam. de restituēdo q̄d eo nomine receperit. et vocatur ista cautio. euictionis stipulatio. Est ergo euictio. empti' rei vel ex alia iuste. causa accepte per iudicis sententiam abductio. vel alio cuincente cause amissio. Hec enim necessariū est semper rem abducere ut videatur euicta. infra. e.l. euicta h̄. i. Ad hoc autem ut quis possit agere de euictione. tria debent interuenire. Primo q̄ precesserit p̄tractus ad hoc abilis. Secundo q̄ stipulatio de euictō est interposita. Tertio q̄ res sit euicta. Si igit̄ empori libri. equi. vel p̄. edij. vel alicui' rei lis mouet. debet hoc venditori denunciare. l. empori fundi. L. e. t. & requirat eū ut ipm defendat. l. si rem h̄. si. infra. e. Et ut assit causa. et causam instruat. puta dādo instrumenta vel testes. vel alia ad causam faciēsia vel utilia si q̄ habet. nisi enim hoc fecerit empor: nō p̄tagere & euictō etiam re euicta. Fallit hoc vbi p̄ venditorē fecerit quo min⁹ ei denūcie. vel vbi ignoret venditor. l. si de o. & p̄senti infra. e. Sunt autem q̄dam cause in quibus venditor empori duplā p̄mittere debet

Euictio.

Requisita in euictione.

Dupla p̄missio.

# Liber

# XXII:

Si nō aliud puererit. Sed nō intelligam⁹ hoc ex omni re necessariū fore. s. de his rebus q̄ p̄ciosiores es̄t: puta si margaritas. vel ornamēta p̄ciosa: vel vestes sen- cas. vel quid aliud non cōtempibile. id est magni valoris quis vendicerit. In alijs autem rebus sit stipulatio simple.

## De exceptione rei vendite.

Culincere.

**E**t dōgit aliquā q̄ postq̄ venditor rē vendidit ip̄e vel alius q̄ ei similiſſit. conſur eandē ab emp̄tore euincere. i. repetere. Contra quos emp̄tor opponere po- test exceptionē rei vendite et repellere ip̄m venditorē q̄n ei⁹ mandato alius vē didit. vel etiā si ip̄e vēdītor per ſe. poſtea velle vendicare. i. p̄bare eſſe ſuā. Et habet q̄s hanc exceptionē. etiā ſi res nōdū fuerit tradita dūmō poſſeſſionem ſine vicio nactus fuerit. Et poſt exceptionē rei vendite et tradite. non tātu⁹ ei cui res eſt tradita. Sed etiam ſuccesſoribus eius et ſecundo emp̄tori.

## Liber Clicesimus ſecundus.

### De uſuris et fructib⁹ et cauſis et oib⁹ accessioib⁹ et mora

Uſura q̄b⁹ pe:

Mora qu.

Uſura q̄cqd

Qui cōmittit.

Causa q̄b⁹ nō  
cōmittit uſu.

Unde dicitur

**H**ecedit q̄nq̄s q̄ ad principales petitio- nes ſue pſorales ſint ſue reales aliqd alius p̄ter ſortem. i. debitu p̄ncipale peti potest. de quo trac̄at hoc ti. Et p̄mo de uſuris. que ſez expēcunia pueniunt. et dī accessio ciuili. q̄ extra corp⁹ venit. Item et de fructibus ſez p̄diorū que eſt naturalis accessio vt. inſra. de v. ſig. l. uſura pecunie. Item et de cauſa vt de partu et primo et ſequentiib⁹ vt. inſra. e. l. equis. Itē de omnibus accessioib⁹ ſez p̄diciſ et alijs. q̄ nō e noui poſt ſpecialia generale ſubjici verbū. ſ ad. l. acquiſi. l. ſi ſeruim. h. inquit. Item q̄ ſea occaſionē mora. id eſt negligēta debitoris p̄dicia eueniunt. dicit etiam de mora. Et intelligit mora fieri no ex re ſed ex glōnatiſ interpellatiſ oportuno loco q̄ ſoluerit dicil eſſe in mora. Et eſt ſciendū q̄ olim de uſre ciuili uſura ſunt p̄hibite. Et aut uſura quicquid uſtra ſorte accipitur. vt iūq̄ eſt au- plius req̄ritur q̄d datur. etiā ſi ſit eſea vel uſtis vel alia reſ uſilis enī q̄ non conſiſtar in pecunia q̄ accedit ſorti p̄ncipaliſ quodcuq̄ nomē ei imponas: uſura eſt Contra quod clamat diuina auctoritas Mutuū dantes nihil inde ſperantes c. pſuluit. de uſuris. Et cōmittitur uſura in hiſ rebus in quibus eſt mutuū. id ē que conſiſtunt in pondere. numero et mēſura. In alijs aut rebus pura equo vel domo aut libro. Iſcitur in eſt recipere ſortem et lucru. quia in hiſ nō tranſiſtur do- miniu. ſicut in mutuo: in quo reſ ſtatim eſt p̄cilio eius qui accepit. Ergo inco- niens eſſet. ſi alias p̄ tali re aliiquid dando graueretur. In ſex autem cauſib⁹ non cōmittitur uſura. P̄mo fauore ecclie. de uſur. c. i. r. c. conqueſtus. Scđo cū fideiuiſ ſoluit ſortem et uſuras. poſt petere uſuras a p̄ncipali de fideiui. c. conſtitutis. Tertiō cum pena petiſ ſteter ſortem. r. i. q. i. legibus. Quarto cum pentur uſura tanquā intereſſe. vt dicit glo. In dī. c. c. conqueſtus. et in. l. eos. c. e. Quinto cum recipiſt aliiquid pro re que non conſiſt in numero ponde- re vel mensura. vt ſupra diximus. Sexto ratione incertitudinis. de uſur. capi. in ciuitate. Et dicit uſura. q̄ uſus rei venditū. et p̄ nudo uſu aliqd recipit.

# Digestum Iustus

## De nautico senore.

**N**auticu<sup>m</sup> fenus est quod ppter nauticā vel quasi nauticā pecunia exigitur. Est autem nautica pecunia q̄ periculo creditoris in nauigio suscep̄to datur tra- cienda. Quasi nautica est. vt cum periculū mutuate pecunie in me recipio. si alia qua conditio non existat. Et existente conditione: si cipsum qd̄ credidi recipiam cum centesima vslra. infra. e.l. periculi. In his autem multa specialia sunt. H̄e vslram centesimā licet stipulari id est tantum quantū est sors renolutu anni spa- cio. Et incipit currere hec vslra. ex quo nauem nauigare conueniat. et q̄diu ga- stinet periculū ad creditorem. infra. e.l. in nautica. z.l. z.iij. Item et hec vslra debetur ex nudo pacto. infra. e.l. periculū. vlti.

**Nauticī seno<sup>m</sup>.**

**Pecunia na- tica.**

## C De probationibus et presumptionibus.

**P**robatio est rei dubie per argumēta ostensio sc̄m. vlo. vel est rei dubie in **Probatio.** iudicio q̄ legittimos modos facta declaratio. Et h̄i p̄la. dicitur a p̄bo aduer- bio. facit em̄ p̄be qui probat. Manifestat enim dubium: vincit aduersarium. et evitatur penam non pbantum. vel dicitur pbatio: quasi p̄palatio vel manifesta- zio eius quod dubium est. et est regulare & semper ei incumbit pbatio qui dicit et ista regula est affirmativa. Fallit autem in multis casibus nota. q̄ glo. insti. S le. q̄. quod autem diximus. et. L.e.l. actor. z.L. q̄ eden.l. qui accusare. et in. c. vno. et eccl. bene. **Presumptio.** Autem est triplex. Nam quedam est talis cui sta- tur etiam si contrarium quis pbaret. Et ista appellatur iuris & de iure. vt est in dote mulieris stipularia. Alia est cui statut donec contrarium pbetur. vt si res sit patris. presumetur heredis esse. Tertia cui non statut aliquo modo nisi has beat administriculum. vt pbatio per priuatum instrumentum. L.e.l. instrumēta. Et **Juris & de iure.** Fictio. dissert presumptio a fictione. quia fingitur sūg eo quod est certum. p̄sumuntur sūg **Judicium.** incerto. vt dicit glo. in. l. vna. L. de rei vxo. acc. Et sunt in materia presumptionis varia vocabula. Aliquando appellatur iudicium. L. de rei venden. l. iudi- cia. Aliquando suspicio. l. absenter. infra. de pe. Aliquando opinio. l. iij. q̄ eiusdem. infra. de testi. Aliquando presumptione temeraria. de senten. excō. inquisiti- **Suspicio.** oni. Aliquando presumptione non modica. cap. super eo. de testi. Aliquando pre- **Opinio.** sumptio probabilis. dlc. cap. inquisitioni. Aliquando vehemens. c. litteras. de **Presumptio.** resti. spol. Aliquando violenta que idem est & vehemens. ca. cum continentia **temeraria.** de here. li. vi. Et de variis generibus presumptionum est glosa. in. cap. is qui **probabilis** vehemens. **Violenta.** de spon. et in. cap. quanto. et. cap. scribam. de presumptione. potest bar. in. l. ad- monendi. s. de iure uran.

**Juris & de iure.**

**Fictio.**

**Judicium.**

**Suspicio.**

**Opinio.**

**Presumptio.**

**temeraria.**

**probabilis**

**vehemens**

**Violenta.**

## D De fide instrumentorum.

**I**nstrumenti appellatione largo sumpto vocabulorū omnia ea accipienda sunt qd̄ causa instrui potest. et ideo tam testimonia & persona: instrumentorum loco habentur. Stricte autem accipitur p̄scriptura que fit ad pbationem aliquius rei in futurum faciendam. vel p̄scriptura ad memoriam aliquius rei confecta. Et sunt inuenta instrumenta ad faciliorē pbationē. sūnt enim scripture. vt quod actum est per eas facilius probari poterit. l. contrahitur. supra de p̄igno. Et fūt tria vocabula principalis instrumenti. scilicet originale. autēticū. et exemplar.

**Instrumentis.**

**Quare inuen-**

**ta instrumēta.**

**Originale.**

**Autēticū.**

**Exemplar.**

# Liber

# XXII

**Autēticiū.**  
**Exemplat.**  
**Iudex.**  
**Exempluz.**  
**Sumptū.**

Item alia tria nota inde extracta. scz index. exemplū et sumptū vel etiā memoria  
vt. L. de eden. aut. si quis in aliq. Et cui fides habeatur tractat glo. in l. ij. ifra  
e. Nam soli publico instrumento habet fides p se. i. sine alicuius administriculo: eo  
et sine vituperatione aliquā appareat vi in aut. e. t. h. si vero moriantur nisi is contra  
quā perfertur probet esse falsuz. L. e. l. sinceris. caluniolaz esti scripturā vim obtine  
re nō oportet infra. e. l. ij. Si vero nō sit publici instrumentū sed puerū: nō  
habet ei nisi p testes id probet. vel p cōparatioz litteraz. L. de pba. l. instrumē  
ta. Elioquin si ē scripta manu illius pira quā agit. facit fidē cōtractabiliē. Qd  
si negat esse manu suā recurrat ad cōparatioz litterarū. l. comparationes. L. e  
ipse ne rans condegnatur duplum si probatur. de manu sua concocta in aut.  
contra q̄ ppriam. L. de non nu. pecu.

**Utilitas testiū**

**Testes vnde.**

**Versus.**

**Ignorātiā.**

**Error.**

**Citubatio.**

**Ignorātiā**  
**juris.**

**Facti.**

## De testibus.

Jesus testimonioz ab his p̄cipue exigendus est. quox fides non vacillat. Et  
possit adhiberi testes nō soli in criminalib⁹ causis. sed etiā in pecuniariis līmb⁹  
Et recipiant hi in testimoniu z qbus nō interdicunt testimoniu . de qbus. l. iij. h. j. i  
l. idonei. r. l. te. l. null⁹. r. l. ob carnē tē. infra. e. v. q̄ nulla lege a dicēdo testi  
mo excusant. de qb⁹. infra. l. iij. h. lex iulia. r. l. inuiti. q̄ excusat senes q̄ sunt ma  
iores annis septuaginta. t valitudinarios. i. q̄ morbo detinent. t milites. v. l. eos  
qui reip. causa absunt. vel q̄bus venire non licet. Dicēbant autē testes antiquis  
sugstas. eo et sup statu cause p̄foreban. Nunc autē noīs ablati p̄ apheresis  
testes solū dicunt. c. forus. de ver. fig. Et in testibus cōsiderant hec. Etas. con  
dicio. sexus. discrecio. fama. Et fortuna fides in testibus ista regres. glo. in. l. iij  
infra. e. t in c. iij. extra. e.

## De iuris et facti ignorātiā

In hac materia quattuor sunt q̄ vident icē. sunt tñ diuersa. scz ignorātiā. nesci  
ētiā. error. t titubatio. Primum sumit in mala pte. qui scz debet scire t ignorātiā.  
vñ dicit. Qui ignorat ignorabit. c. nisi c̄ p̄dē. de renun. Rescire ait in bona.  
et malā parte. Nam omnis ignorātiā nescit. sed nō convenerit. Error autē est. cum  
aliud est q̄ credat. Qd autē aliud sit errare t ignorare patet p̄ dicit lex. si potest  
possessio acq̄ri ignorātiā; ergo et erranti. infra de ac. pol. l. si me inuacū. h. j. Tiz  
tubatio vero. cum bincinde duo diuersa vel contrarie scire videor nec alicui eos  
magis animū applico. L. de condī. inde. l. si. Et licet in alijs sit differēta inter  
ista quattuor. tñ quanti ad hunc titulu nō est differēta. nam oīa ad differētu et ad  
ius referunt. Et est regula in hac materia. iuris qđ ignorātiā cuiq̄ nocere. fa  
cti vero ignorātiā minime. qđ ita intelligendū est. t̄ iuris ignorātiā nō p̄dest  
acquirere voluntib⁹: sūm vero p̄terib⁹ nō nocet. Et qđ dicit ignorātiā facti  
nō nocere ita intelligendū est. si nō sit supina ignorātiā. id est negligēntia crassa  
vel affectata. Circa qđ sciendū q̄ ignorātiā alia est iuris. alia facti iuris. alia iu  
ris naturalis. alia q̄ naturalis. alia ciuilis. Facti alia c̄t p̄babulis. alia non p̄  
babulis. Naturalis iuris ignorātiā. est in filiū q̄ credebat sibi lucere pulsare pa  
rentem. vel nō p̄curare eā furiosum. vel captiuū nō redimere. cum ipse filius sit  
mai. r. xvij. aii. t̄ ideo nō parciunt ei quo minus exheredet. vt in aut. vt cum d  
app. cog. h. causas. coll. viii. De secunda scz quasi naturalis iuris. pone ex ampli  
in liberō t patrono. L. de iuris vo. l. iij. De tertio scz iuris ciuilis pone exemplū  
in l. j. ifra. e. Sed in hoc tertio mēbro subdistinguit. Hā autē ignorātiā certat de

# Bigestum

# Vetus:

damno vitado. et tunc non nocet ut s. dictu est. fall. in debito. Lerroz. C. ad. l. fal.  
Si autem ignoras certat de lucro captado. Subdistingue an potuerit presulere platores et tunc ei noceat. id est non possit. Un non potuit presulere. et tunc non nocet. l. regula. h. sed iuris. infra e. Facti autem ignorantia si est. probabilis ut in facto alieno.  
tunc potest in cōpendiis. et non nocet in damnis. l. erroz. infra e. Aut est non proba bilis. ut est in facto propriio. vel in alieno facto si est supina ignorantia. et tunc non ex colat. Fallitur autem predicta de ignorantia iuris vel errore. in minorib. feminis  
militibus. ut in l. regula. s. alle.

## Liber Vicesimustertius.

### De sponsalibus.

**S**ponsalia sunt metio et re promissio futurorum nuptiarum. Et dicuntur sponsalia a spōdendo. Nam moris fuit veteribus stipulari et spōderi sibi uxores futuras. unde et ipsi sponsos appellatio nata est. Et sufficit nudus sensus ad cōstituēda sponsalia. Denique constat et absente absenti despōderi posse. Et hoc quotidiane fit. dummodo huic absenti sciant eorum nomine sponsalia fieri. Aut si postea ratum habuerint. Et in sponsalibus etas contrahentium dissimilis non est. sicut in matrimonij. quapropter primordio etatis sponsalia effici possunt. si saltē id fieri ab utraque persona intelligatur. id est si persone non sint minores septem annorum. et hoc tenet glo. insti. de nup. § 5.

### De ritu nuptiarum.

Ceritus nuptiarum exponitur. id est de festivitate sue solennitate nuptiarum. Et hec quartuor matrimonium. nuptie. pugum. consortium. idem significant. Cōtubernium vero est tunc inter seruos. l. servit. C. de adul. Et sunt nuptie sue matrimonii cōiunctio maris et femae. individualis vite cōsuetudinē cotinēs. et cōsortium omnis vite. et diuinī et hūani iuris cōmunicatio. insti. de pa. po. circa pī. iūc. glo. Et dicuntur nuptie a nubendo. id est velando. quod mulieres velate et quod sub nube incedere debent. xxviii. q. v. hec imago. Matrimonium autem appellatum est. quod mulier nubit ut mater fiat. et quod onera dolores. et pericula partus mulier subdit. ideo potius a matre quam a patre matrimonium appellat. c. si. de cōuer. infide. et l. si. C. qui. po. no. pug. Coniugium autem dictum quod cōmuni iugo et equestris iuges vietam trabere debent. licet aliquādo dispari tractu. Consortium autem dictum est. quia omnis vite societas inter eos cōmunicari debet. Sunt autem quadam quod nuptias fieri prohibent et factas dissoluunt. que no. p. glo. insti. de nup. h. sunt et aliae. Et continentur his versibus. Etas. cōdicio. numerus. monachatus. et ordo. Adop. nobilitas. sanguis. turela. potestas. Fons. sacer. affinis. raptus. repugnat honestas. Irrita que faciunt cōiubia legibus hec sunt. Secundum canones autem Jo. an. in summula super quarto decre. ponit alios versus istos videlicet. Error. condicio votum. cognatio. crimen. Cultus disparitas. vis. ordo. ligamen. honestas. Si sis affinis. si forte coire nequibus. Hec copulanda verā cōiubia. facia retractāt.

### De iure dotium.

Reipu. interest mulieres votes suas salvas habere propter quas nubere pos.

Dos.

D 3

Sponsalia

Sponsus.

Etas in sponsalibus.

Ritū nuptiarum  
Cōtubernium  
Nuptie.

Matrimonium

Coniugium et  
Consortium.

Xvi qm matri moniū spedit.

# Liber

# XXIII.

Dos pfecti.

Sdueticia.

Dosis et dos.

sint. Et appelle dos. datio qdam que nole vxoris marito ad perserendum one-  
ra matrimonij constituitur. Et quia dos intuitu matrimonij sit. ideo doris appellatio  
ad ea matrimonia non referitur que constistere non possunt. Neq; enim dos  
sive matrimonio consistere potest: sed bene econtra. vbi cunig igitur matrimonij  
nomem non est: nec dos est. Et est duplex dos. pfecticia. que a patre vel a paren-  
te. id est auo paterno vel paio profecta est de eius bonis. vel eius facto. Sive  
igitur parens dedit dotem. sive procurator eius. sive ius in alium dare sive eis qd  
eius negocium gerens dedit parens ratum habuerit. vel eius intuitu collata.  
pfecticia dos est. Si autem aliud puta ex bona fortuna. p muliere dos constituitur  
adueticia dos appellatur. Et licet dominum doris maneat apud uxorem. tñ fructus  
doris ad maritum pertinere debere eqtas suggesterit. id est. p suadet. cū eis ipse one-  
ra matrimonij subeat: equi est etiam eis fructus pcpere. Dosis autem causa da-  
ta. accipere debemus ea qd in dore dank. ceteri si res ventur ea qd greci paraphe-  
ni dicuntur: queq; galli peculium appellant. id est que mulier habet pter votem:  
non statim mariti efficiuntur: nisi sic dentur ut eius fiant.

## De pactis dotalibus.

En lic paci-  
sci sup dote

Ue dū ante nuptias licet super dote pacisci: sed etiam post. Non tñ super dote  
licet in omni casu vel omnibus pacisci ante nuptias. et post. vir enim cum uxore  
constante matrimonio pacificendo sup dote. si quidem donatiis causa faciat aut  
confertur pactum donationis super dote appositum in tempus matrimonij. et nō  
tenet. Si vero collatum sit pactum post matrimonij solutum. et tenet. nisi inuitetur  
quis ad furandum. Sunt et alia pacta quedam que circa votem apposita quādo-  
q; valent qnq; improbata sunt et moribus et legibus. et ppter ea inualida. de qd  
bus tractat hic ti. et. L. de pac. initis et c.

## De fundo dotali.

Fundus dotali.

En potest al-  
terari dos.

Lex iulia qd totali predio pspexit: statuit ne marito licet obligare aut aliena  
re fundum dotali. et idem de sposo. Dicitur autem fundus dotalis qd uxore  
marito in dote traditur fallit hoc in quatuor cassibus. Primo quando marit  
puocatur ad divisionem fundi dotalis. qui cū altero cōs est. l. fi. L. de fun. do.  
Scdo nisi ex necessitate puta qd aliter vivere non pot. vel vt exeat carceres. l. i.  
L. de lib. cau. Tertio nisi cū viuieritate honor ipsius mariti transeat. l. i. i. i. a.  
e. ti. Quarto nisi vertat ad utilitatē mulieris. l. infra. e. ti.

# Liber

# Vicesimus quartus.

## De donationibus inter virum et uxorem.

Quare dona-  
tioes prohibite  
inter coniuges

Ouprobatū ē morib⁹ id ē iure ciuitate  
ie inter viri et uxori constante matrimonio donationes valent. et  
hoc ideo ne mutuo amore invicem spoliaretur si donationib⁹ non ob-  
temperaret. nec esset eis studiū liberis potius educandi. Et sepe  
futurum esset vt destituerent matrimonia. id est separarentur vel exaurientur. si  
non donaret is qui posset: atq; ea ratione eventurum esset. vt venalia essent mas-  
trimonia. qd esse non debet. l. i. j. L. de iniuti. stip. Soluū igitur lex inter virū

et uxorem donationes prohibere. existimās honestum amorem ex animo pendere debere. nō ex lucro. et ne concordia p̄cio conciliari videtur: ne ve melior in pauperatez scideret: et deterior ditzio fieret. infra.e.l.j.iij. et iij. Prohibetur igitur iste donationes constante matrimonio fieri: quibus factis. donans sit paupior et recipiens locupletior. Iste appellāt lucrative donations. Remuneratiue autē putasi plebeius nobileus uxorem ducat. aut plebeia militē: vel rusticana virum litteratum. aut dignitate p̄dūtū recipiat: potest in cōpensationem p̄eminentie aut prerogatiue nobilitatis aut dignitatis aliquid donare. istud enim constitutio nūbus principum permisum est. L.e.ti.p. to.

Donationes  
lucratiue.  
Remuneratiue

### De diuortijs.

**D**e diuortijs. id est disiungendis matrimonij olim contractis loquitur hic tis tulus. Est autem diuortium p̄ pie inter cōiuges q̄ semel p̄fecti legitime diuorti antur id est separant. Repudiū autē est inter sponsos q̄ prīus legitime cōiuncti nō fuerant et nīc a cōiunctione abstinent. Sed p̄mīscue iura vtrūq; his vocabulis l. diuortio. h. j. infra. de v. sig. Et erant oīum multe cause ex quib; diuortia fieri. que enumerantur. L.e.l. cōsent. Additus tribus p̄ iustitiam in auct. de nup. coll. iiiij. q̄ has itaq. Modic autē pauce sunt. vt in auct. vt liceat. ma. et aunc. h. q̄ vero plurimas. coll. viij. Scdm canones aut nūlles sunt cause diuortij veris: quia non fit diuortiū nisi ex causa consanguinitatis. et tunc non dirimitur s; magis nullū declarat. Item ppter adulterium. sed tunc non sit diuortiū. q̄r aliam accipere non potest: licet debūt reddere non teneatur vt dicitur glo. in l. diuortio. s. de neg. ges. Diuortium aut dictum a diuersitate mentium. vel q̄ in diuer sas partes eunt qui distrahabunt matrimonij. Et in diuortio. non est nisi vnu verbum qđ animo cōstituendi ppetuam dissensionē sit: hoc mōres tuas tibi habeteores tuas ubi agito. In repudijs autem id est in renūtiatiōe q̄ in sponsalibus discutiendis sit. interuenit renūciatio in hec verba. conditione tua non utar. Et in illa necessarij sunt testes septem ciues romani. puberes. et rogati. Item necessaria est scriptura vel libellus. licet enim solo cōsentus contrahatur matrimonij: non tamen solo dissensu dissoluitur sed necessariā scriptura. fauor enī liberorum imparat solutionem matrimonij difficiliorem esse. Item necessarium est q̄ duret voluntas eius qui misit libellum repudiij. Nam si penituerit eum et q̄ ignorantiam mutata voluntatis obligatus est alteri. durat matrimonium nisi penitentia cognita. is q̄ accepit voluit matrimonij soluere. tunc enim p̄ eum qui accepit solutionem matrimonij. L.e.l. cōsent. in prin. et. infra. e. si penituerit Item necessarium est q̄ fiat missio libelli animo constituendi ppetuam dissensio nem. quicqd enim calore iracundie sit vel dicitur non prius ratum est q̄ perseverantia declaret iudicium animi fuisse. Ideoq; per calorem missio repudio: si in breui reuersa est vxor nec diuortisse videtur. infra.e.l.diuor.

Diuortium  
Repudium

Cause diuor.

q̄n dcsī dī.

Quē necessa  
ris ī repudio.

D 4

**F**inis digesti veteris.

## Tituli Digesti Inforciati.

**I**n hoc principio inforciati, non est caput noui libri, sed divisio precedentis vicesimiquarti. Facti sunt enim pro dotib⁹ tres singulares libri, ut est rex, in phe, s. h. alterutri. Et constat unū esse de spon. s. li. xxiiij. sub quo et cōp̄ehendit p̄īus tūlus. Tertius de impensis in rebus dotalib⁹ factis. vt. infra. li. px. ergo hic non potest esse caput libri. vt. l. de ve. iur. enu. l. iij. h. post hos. Et dicit inforciatum addendo ei⁹ substantiū sc̄z ius vel digestum. Appellatum ex eo et qdām volunt qz forte ius, id est efficac et validū circa hereditates cōtinet. vel ita denotat ab eius inuentore vel auctore, sicut publiciana et triticaria, vel quod melius est, nō men est magistrale de quo disputare cur impositū sit relinquitur p̄inacib⁹ sc̄m tull. ad herenniū. et qz plura sunt negotiū et vocabula s̄ de p̄scrip. x. l. natura. Alij dicunt qz ab inforciatis chaldeo vocabulo denomiāt: quod idēz est qz dispo sitio. qz ultime dispositiones et voluntates hoc libro cōtinentur. vnde solet dici. Sum liber fortis disponēs prelia mortis. Et clavis portis me discat lector in horis.

## Solutio matrimonio quēadmodū dos petatur.

**Q**uibus modis matrimonium dissoluatur edicimus supra de ritu nup. et de diuor. quocunq; ergo modo dissoluatur matrimoniu habet locum hic ti. infra. s̄ ver. sig. l. cum querebatur. Et no. qz dicit matrimonio alias enī nulla actio cōpetit: si sciens non valere matrimonium dotem dederit. Si autem ignorans cōdicio de causa locū habet. l. i. l. de condi. ob. cau. Quēadmodum id est per quos vt. infra. e. l. ijj. Et a quibus, et in q̄tum. infra. e. l. mariti. Et quādo qz cōstat ex ipso rubro. sc̄z soluto matrimonio. petatur id est repetitū. et ita simplex p̄ compōsto ponit. sic s̄ de pig. acc. l. petenti. Debet itaq; soluto matrimonio dos solui mulieri. et olim soluebat sibi annua. bima. triuna. die. id est quolibet anno tertia pars. Nōdile autem immobilia statim: mobilia intra annum. vt. l. de rei vx. acc. l. vna. h. exactio. fallit in casib⁹ quibus dos soluitur sed non mulieri. Primo quando culpa mulieris solutum est matrimonium. puta propter ei us adulterium. infra. e. l. lucius. in fi. nisi enī vir deliquerit. infra. e. cū mulier et. l. viros. Secundos fallit si pactū est lucrāde donis interpositum: vi. in aut. de sanct. epi. h. si nō constante. coll. ix. Item fallit si aliud p̄ obīci mulieri vt. infra. e. si mulier. et. l. sol. Item fallit si extrane⁹ dedit. et pactus est sibi reddi. l. de rei vx. acc. l. vna. h. accedit. Item fallit si est in potestate patris. infra. e. l. iij. h. j. Et licet in titulo dicatur soluto matri. tamen aliquando eriam constante matrimonio dos repeti potest. primus est. infra. e. si constante. in prin. ppter inopiam vides licet mariti. quando evidentissime apparuerit mariti facultates ad donis exactio nē non sufficeret. Sed s̄ est supra de iur. dotes. l. quēadmodum. vt quando bona gratia matrimonium fuerit solutum. vt si factus fuerit monachus. quod esse po test. l. fi. l. de epi. et cle. et. c. fi. de quer. p̄iu. Tertius ē. l. de repu. l. i. Quar tus si maritus damnat in metalluz. nam hodie non soluitur p̄ hoc matrimoniu. vt in aut. de nup. h. quod aut. coll. iij. et tamen dos repetitū. infra. e. si marito.

Dos restituī  
solu. matri.Soluit dos s̄  
nō mulieri.Repedit dos  
p̄stā. m̄fimo.

# Bigestum Infortiatum

Sed et alij casus qb' pstate mrimonio marit' nō cogit restituere dotē. pōt tñ si vult. et valz restitutio. infra. c.l. quis. z.l. se. Alias si reddat vir dotē pstate mri moniorū liberat nisi q̄ten' mulier eēt. locupletio. l. s. L. si vos pstate ma. sol. fu.

## Liber vicesimusquint' et primus huius

### De impensis in rebus dotalibus factis

**P**ra titulo primo tractatū est quō soluto mrimonio dos debeat solui mulieri. Sz qr marit' in rebus dotalib' aliquā expen. facit. et aliqd ei impēdit quo dos diminuit: fuit questiū an in restitutōe dotis: posset illud retinere: et distinguit iuris consuleus: faciens triplices s impensas. Necessariass: viles. et voluntarias. Necessarie sunt qd' nō facit res erat pitura vel deterior futu raveluti aggeres facere: flumina auertere. vetera fulcire: iter reficere: arbores in locū mortuaz imponere. Utiles sunt qb' nō facit res nō erat pitura: sed eis facit res ē melior futura: veluti pecora pdijs imponere. i. stercozare. Volunta rie sunt q̄s marit' ad voluntatē fecerit: et que rē ipam exornant. vt balnea extru ere: pietes depingere. In p̄mis expēs sc̄z necessariis dic q̄ minūtate dote ipo tu re. si p̄sistat in pecunia et spēdos. vt si fundus et pecunia in dote daēt: q̄tū in fun dū impēdit: um̄ i pecunia ipa: deberi. Si xo sol' fundus in dote sit: nūc si tñ expendit sil. vel etiā diuersis vicib': q̄ti est fundus. tñc ipo iure definit eē do talis: led radiū tot' vel. p̄git retineat. q̄diū impense restitut'k: supra de iur. do. l. si is qui. h. pe. et fi. Si aut' viles sunt: tunc p̄ actōem negocior̄ gestor̄ vel man dati: si mandato mulieris se. it repetunt: voluntarie aut non repetunt etiam si man dato mulieris facte sunt: sed abradunt si possunt abradi sine lesionē p̄oris status. L. de rei vx. acc. l. vna. h. sed nec ab impensam.

Impense ne cessarie

Utiles  
Voluntarie

### De actione rerum amotarum

**Q**uia in dissoluēdis mrimonijs p̄ diuocitiū: vel alit. aliqui sūt amotides rex que repetitō etiā dotis. p̄ cōpēnitatiōm opponitob res amotas. vt in. l. s. L. e. Jo rex amotor̄ titul' hoc ē de amotoe rex et ea actiōē q̄t rex amotaz suppo nit. Et dicunt res amoueri q̄tū ad hūc titulū large: puta si celate s̄t. i. abscondi te. vel delate. i. absportare. vel cōsumpte. vel corrēctate sint dolose non errando. Et est singularis actiō rex amotaz introducta aduersus eā q̄ vxor fuit: qr nō plauit cū ea furti agere posse: q̄ so cietas vite quodāmō dñam faceret rex ipi' mariti. Ma in fauore mrimoniū turpis actiō aduersus vxore amonente negat: Et q̄ rex amotaz institut actōem q̄truo necessario habet. pbare: vt locū habeat hec actio. sc̄z q̄ res mariti dolo malo ab vxore amoueat vel res vxoris a marito: infra c.l. et o. s. r. n. Itē et q̄ cā diuocitiū et secuti sit diuocitiū. vel q̄ fiat cā sperate mor tis et sequat mōs. infra. e. si mulier. z.l. rex qđem. Actio ista psonalis ē perpe tua et p̄toria. infra. e. l. rex amotaz. z.l. si mulier. h. hec actio. et habet naturā cōditionis vt sc̄z non infamat. infra de acc. et ob. l. cesseret

Res amotae

Quatuor pro banda in base  
actione

### De agnoscēdis liberis vel parētib' vel patronis yl libertis



**P**lauciani se  
gatusconsultum

**D**enūcia. q̄ y  
or sit pregnās

**Agnoscere p  
tum**

**M**ulere quādo  
quid tenetur

**U**limate illa

**I**nspicere ven  
trum

**E**xor negans  
se p̄gnantem

**S**enatuscōsultū plauclianū. q̄d factū ē de liberis agnoscendis: duas sp̄ce com  
plexit: vñ i eoꝝ q̄ agnoscūt. i. tenent agnoscere. alterā eoꝝ q̄ falso p̄tū subij  
cūt: p̄ma ȳt veri liberi agnoscant: sc̄da vt falsi t̄ suppositi repellant: t̄ examinēt  
an veri sī vel falsi. Qui ergo falsū p̄tū subijcunt tenetē criminē falsi. t̄ p̄p  
tuo. t̄ soli gentes vel quoꝝ interest accusant: infra. de fal. l. qui falsi. h. j. Nec dis  
serit hec accusatio in t̄ps pubertatis. Permitit igit mulieri q̄ hoc senatuscōsul  
tū si putet se pregnantē denūciare intra. xxx. dies. p̄tinuas post diuocū cōnue  
randos. t̄p̄ marito vel parēti eius. aut ad domū denūciare si nullū eoꝝ copia  
babeat. Mulierē ex eo esse pregnantē. Et ex tunc maritū p̄t̄ mittere custodes.  
aut eidem nunciare q̄ non fit ex eo p̄gnans. et ē pena maritū q̄ nisi aut custodes  
p̄miseric̄t: aut p̄tra denūciauerit nō ex se esse p̄gnantē. cogat maritū p̄tū agnoscē  
re. id ē alere. Et si nō agnouerit. extra ordinē. i. arbitrio iudicis pena plectetur.  
Et p̄met hoc senatuscōsultū ad eos p̄tū qui post diuocū eduntur. Aliud est  
senatuscōsultū factū t̄p̄ibus diuī adriani vi etiam si. stante mīrimō p̄misit  
editus: de agnoscendo eo agat: p̄indiciali in rem actione quae se in filiū vendica  
bit. vel in nepo tē. dicens se ab eo genitu: vt ob eo p̄cipiat alimenta t̄ successiō  
que filiū a parentibꝫ p̄cipere debent. Teneat igit per hunc titulū pater alere fili  
os t̄ nepotes qui in artificio se nutrire non possunt. Et ecōtra filius p̄rem. aut  
p̄ auū. ceteroꝝ ascēdentes ex vtracq̄ linea. Teneat etiā patronū alere liber  
tum. t̄ ecōtra. Alimenta aut p̄ modo facultati erūt p̄bādā indigentibꝫ: alias  
ētū q̄ teneat p̄stare alimenta. t̄ nō facit: sed ēt̄ abiicit quē alere deberet. vel ei ali  
moniam denegat: vide eum necare ac si partu sufficasset. id est anteꝝ nascere  
extinxisset: vel natū ad fauces strinxisset. l. necare. infra. e. Gēnerale tñ est in ol  
bus parentibꝫ: vt non cōpellant alere. si baheant quid obijciant liberis. t̄ eco  
tra. infra. e. l. si quis. h. sed t̄ filius. t̄. h. idem iudex

### **D**e ventre inspiciendo. custodiendoꝝ partu

**Q**uia vbi soluto matrimonio mulier fatek se p̄gnantē ex. viro. locū habet sena  
tuscon. plaucl. vt sez de inspiciendo ventre: custodiendoꝝ partu. scriven. ea q̄ di  
cta fuit supra ti. p. vi. vt videlz mulier his ad quos ea res pertinebit. p̄curatori  
busue eoꝝ. his in mense denūciādū curet: vt mitrant si velint q̄ ventrē inspiciāt  
